



Universitätsbibliothek Paderborn

**DE EXCELLENTI || DIVINAE GRATIAE NATVRA,|| & iis quę
ad eam tūm obtinendam tūm conseruandam ||
requiruntur, de#[que] ipsius admirabili efficacia ||
DISPVVTATIO,|| In inclyta et Catholica Academia ...**

**Valencia, Gregorio de
Stewartius, Petrus**

[Ingolstadt], 1576

Capvt Sextvm, Quo, potissima fundamenta vanæ eius fidei refutantur.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46873](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-46873)

Nunc ergo videant utrum merito possint ipsi certiores esse gratia; quoniam
Siquidem eadem opera requirunt, quae nos, & aquae illis ignota; ac paucum
probrant nobis id, quod nos tamen facile ferimus; videlicet mirum non est,
quod gratia certitudinem, absq; omni formidine haberi posse, negamus; qua-
doquidem opera requirimus, quorum vis atque conditio non posse esse pen-
tus percepta.

LXXXIV. Accedit, quod aquae ignotum illis est, num in ipso regna
malus quispiam affectus ob crassam aliquam ignorantiam, atque nobis vnde
vigeat in nobis. Delicta enim occulta, quis intelligit? Ita, necesse est illam
penitus esse ceytos, utrum fidem habeant quae gratiam, concilieret suam.
Quandoquidem Scripturae passim docent peccatis etiam ex ignorantia predele-
tibus gratiam amitti. Tacemus, bellum illud perpetuum, quod ipsi esse, cu-
fitentur, cum dissidentia remissionis peccatorum; testimonio esse: Illa na-
penitus tantae certitudinis consolatione compleri, quantam transi iactant.
Ergo leuisima omnis istorum ratio est, minimeque, non solum cum Scriptura
sed etiam secum conueniens.

C A P V T S E X T V M,
Quo, potissima fundamenta vanae eius
fidei refutantur.

LXXV. Sed videamus, quid illos in eam sententiam inducerit. Vnde
in primis, piarum mentium consideratione legis, & peccatorum pauidam.
(itaenam loquuntur) egregij consolatores videri, negant, aliam illi vero
consolationem adferri posse, prater suam illam gratia certitudinem. Primo
ne eos quidem id consolationis praestare posse, ostensum est. Deinde, in ea con-
fide, vel in ani fiducia potius, veram piarum mentium consolationem minime
esse positam; sanctissimorum virorum conscientiae, plurimorum animarum
serenitas, ab ea haeticorum levitate abhorrentium, testatur. Porro sancti
Ete factorum conscientia, eam parere de propria gratia certitudinem, quae
non penitus omnem formidinem depellat, vi facit fides diuina; tamen un-
um tranquillet, & iucundissima pace perfundat.

LXXVI. Differunt sancti Patres de hac vera consolatione multi.
quam, quia pauidae haeticorum mentes, & conscientia flagitorum tre-
tare, non sentiunt, minime mirandum est, si aliam querant, quam ex propria
conscientia petendam esse negent, in vanâ credulitate ponant. In quo minime
scilicet, congruent cum S. Ioanne, cuius sunt illae voces: Qui sernat mandatis
eius, in Deo manet & Deus in eo, &c.; In hoc scimus, quia manet in nobis, &c.
Si cor nostrum non reprobenderit nos, seductionem habemus ad Deum.

LXXVII. R. B.

D. Amb. super
Psal. 118.
D. Bern. Serm.
1. in 8. Patriar.
& Serm. 37. &
68. in can.

1. Ioan. 3.

LXXVII. Ridiculum verò admodum est, quod Kemnitius doctrinam
hanc, Concilij Tridentini videlicet, de remissione peccatorum, haberi non pos-
se certitudinem, omnem formidinem expellentem, Nouatianum dogma
censet, & idecirco reiiciendum esse monet; cum tamen eodem in loco, men-
dacijs huius immemor, eandem doctrinam dicat nouitium esse dogma. Si no-
uicum, quomodo Nouatianum? Ostendit profectò hæc loquendi inconstantia,
Kemnitium, non, nisi reclamante conscientia, errorem Nouatianum Catholi-
cis assinxisse; quippe facile videre poterat, non ideò Nouatianos damnatos
esse, quianegent, quemquam in particulari, de remissione suorum peccatorum
certum penitus esse posse; sed quia etiam in communi, lapsis post Baptismum,
penitentia locum reliquum esse negabant: Quæ tamen nos, semper omnino su-
peresse, atque adeò remissionem peccatorum, propter Christum, iis, qui sibi non
desunt, contingere; constanter confitemur. Quamuis doceamus, neminem ex
fide penitus certum esse, se se ex illis esse, quibus peccata remittuntur.

Sess. 5.

LXXVIII. Longum porrò esset, de omnibus Scriptura locis, dicere, qua-
isti, ut vanum illud suum solarium plæbeculae venditent, peruersè interpre-
tantur, sufficiat illud exponere, quod ex S. Paulo imprimis urgent: Ipse enim
Spiritus (inquit) testimonium reddit Spiritui nostro, quod sumus Filii Dei.
Præbet quidem Spiritus sanctus homini iustu testimonium, hoc ipso, quod men-
tem illius excitat, ac vult eum facta, ex bona conscientia, coniectura, haud
leuiter arbitriari se filium Dei esse per gratiam, & ut filium confidenter cla-
mare: Abba Pater; cui consentit illud Ioannis: Si cor nostrum non repre-
henderit nos, fiduciam habemus ad D E V M, & quicquid petierimus acci-
piemus.

Rom. 8.

LXXIX. Hæc verò iusti existimatio, quoniam in re, ex Spiritu san-
cti voluntate & afflato proficiuntur, falsa quidem esse non potest: Quoniam
autem Spiritus sanctus non simul vult, ut iustus firmissime quoque sibi per-
suadeat, talem existimationem à Spiritu sancto proficiat, quemadmodum vult,
quando præbet testimonium rebus fidei; Sed tantum, ut id credit humano mo-
re ex coniecturis: Idcirco, quamvis ea existimatio sedare iusti animum va-
leat, uti ante est dictum; formidare tamen adhuc potest, si quidem illi penitus
non constat, talem existimationem à Spiritu sancto excusatam esse. Verat enim
S. Ioannes omni spiritui credere, probare iubet, utrum ex Deo sit, vel potius
ex malo dæmoni, nonnunquam transfigurante se in Angelum lucis. Neque
verò, formido illa, quæ in iustu remanet, magnopere bonam eius conscienciam
excruciat. Ut neque excruciare solet, in rebus aliis humanis.

1. Ioani 4.

LXXX. Igitur vehementer errant, quicunque ex eo, quod iustus ha-
beat Spiritus sancti testimonium; concludunt illicet, illud omnem depellere

D formidi-

formidinem. Quasi vero uno tantum modo contingere habere Spiritus sancti testimonium; quando videlicet est tale, ut simul homini penitus manifestetur, illud a Spiritu sancto esse. Hoc non ita esse declarari satis exemplum potest. Si iam Christus ipse hominem aliquem coram alloqueretur, ut propriam alius vir grauis solet, eumque doceret veritates aliquas; neque tam ei paterfaceret, se Christum esse; Tunc certe homo ille, et si infideliter vera cederet, a ipso Dei testimonium habens, vereri tamen nihilominus posset, ne non vera essent, quae tunc audiuntur; quoniam non penitus exploratum haberet, testimonium illud fuisse Christi; Sic omnino accidit in proposito.

Rom. 8.

LXXXI. At, palam dictum est iam a S. Paulo, testimonium iustorum, a Spiritu sancto esse. Verum est, sed non dixit, te esse unum cum illis iustis, quorum testimonium est a Spiritu sancto. Ut, si in Scriptura dictum esset, Christum, visibiliter iustos sepe alloqueretur; non propter illicet iustus, quem coram alloqueretur, Christum ad se venisse certissimum pataret, nisi Christus ipse indicaret, se esse. Eodem igitur modo; quamvis Scriptura in genere dicat, iustos a Spiritu sancto habere gratia proprium testimonium; vereri tamen meritò unusquisque potest, ne cum puritate iniquitatis esse, potius sit unus ex illis, quos eadem Scriptura etiam docet, a Spiritu malo decipi. E quorum numero erant illi, qui in se confidebant tanquam iusti; non solum quia superbi, in se confidebant; sed etiam quia se iustos sibi estimabant. Verum de earum, quae ad gratiam consequendam requiruntur, actionum numero, conditione, libertate, efficacia, fortasse nimis multa.

PARTIS TERTIAE,

De iis, quae ad gratiam conseruandam requiruntur.

CAPUT PRIMUM,

Quo, duplex perseverantia distinguitur, & quomodo ad perseverandum auxilium gratiae necessarium fit, ostenditur.

LXXXII.



RANSEAMVS ad ea, quae ut gratia conseruetur, hec est, ut perseveremus in illa, necessaria sunt. Dibus modis accidit

quemque